Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



4

rationalem, et Dei imaginem, scriptura nominavit,
tanquam mundum secundum quendam, in parvo magnum
in terra statuit, angelum alium, cultum mysticum, visibilis
creaturae spectatorem, intelligibilis vero mysticum, cum quod
in terra est regem, supra regnorum subiectum, terrestrem
et coelestem, temporanum et immortalem, visibilem et
intelligibilem, medium inter magnitudinem et humi-
litatem, eundem spiritum et carnem, spm ꝓ gratiam,
carnem ꝓ claritatem, illud ut semper maneat, ac
benefactorem glorificet, hoc ut patiatur, instruatur, ut
ad magnitudinem eniteat, patiensque admoneat, animal
quod his informet, alio vero transferat, et quod finis est
mysterii, si ad DEUM declinaverit, divinitatem assumat.
Ad hoc ergo nos dirigit, mediorque hic e vestitatis humen,
ut charitatem Dei et indeamus, et sustineamus, digna
illo, quod nos colligavit, et dissolvet, rursusque sublimius col-
ligabit. Hunc igitur hominem in Paradiso collocavit Equis
quis aliquando erat Paradisus, illum libero arbitrio illum
honorans, ut bonum eligentis non minus esset, quam illius
quod feminam dederat, immortalium plantarum colonum, divi-
narum forsitan cogitationum, simplicium pariter, et profecto,
nudum simplicitate, ac vitae innocentia, absque omni
velamine et praetextu. Talem enim eum dederat, qui
erat ab initio, dedituque legem, liberum habenti arbitrium,
materia nempe. At hoc erat propterum, quod planta esset
attingenda, et a qua abstinendum, illa vero cognitio,
nis erat erat lignum. Haud malo sub initium plantatum,
neque invidiose prohibitum, ne huc Deo rebelles linguas
suas dirigant, serpentem ut imitentur. Sed bonum
quidem, si opportune simplicium fuisset. Etenim grumplatio
erat planta, quemadmodum grumplatio mea, ad quam
solum habiti profectiores tuto assurgere poterant, minimi
vero